

Christian Ohm Heinrich Saff

Theses Iuridicae De Successionibus Ab Intestato

Rostochi[i]: Sax, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730920321>

Druck Freier  Zugang



Erbschaft ohne
Testamentsnennung

Chr. Ohm (H. Saffin) ^{Vert.}

R. U. im 1624.

63

Theſes Juridicæ
DE
SUCCESSIONIBUS
AB INTESTATO.

QUAS

Divino numine clementer dirigente
Permiſſu & Autoritate

Magnifici & Ampliſſimi Jſtorum ordinis
in celeberrima Roſarum Academia

SUB PRAESIDIO

Viri Clariſſimi & Conſultriſſimi

Dn. CHRISTIANI Ohm J. U. D.

Publico ac placido examini ſubjicit

HEINRICUS Caſſen.

Ad diem XVI. Kal. Auguſti.



ROSTOCHI

TPIS MAURITII SAXONIS

Anno M. DC. XXIV.

63 8.

Theſes Juridicæ
DE
SUCCESSIONIBUS
AB INTESTATO.

QUAS

Divino numine clementer dirigente
Permiſſu & Autoritate

Magnifici & Ampliſſimi Jſtorum ordinis
in celeberrima Roſarum Academia

SUB PRAESIDIO

Viri Clariſſimi & Conſulciſſimi

Dn. CHRISTIANI Ohm J. U. D.

Publico ac placido examini ſubjicit

HEINRICUS Caſſen.

Ad diem XVI. Kal. Auguſti.




ROSTOCHI

TPIS MAURITII SAXONIS

Anno M. DC. XXIV.





THESIS I.



Successio ab intestato est extra casum ultimæ voluntatis, defuncti, hereditatis legitima acquisitio *Trent. ib. i. disp. 16. par. 2.*

2. Successio hæc vel est descendentium, vel ascendentium, vel collateralium *Nov. 118. in f. pr. in pr. Instit. d. grad. l. 1. ff. eod.* His non extantibus successio viri & uxoris locum habet *l. unic. ff. & C. Unde vir & uxor.* Post quos succedit fiscus *l. 1. 4. C. d. bon. vacan.*

3. Merito primum locum obtinent liberi *Novel. 118. c. 1.* quia ratio naturalis, quasi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit velut ad debitam successionem eos vocando *l. 7. ff. d. bon. damnaz. Nov. 1. pr. §. 2. l. 7. §. 1. ff. Unde liberi.* cum omnia quæ parentum sunt ex voto liberis comparent parentes *l. 79. §. 2. ff. d. bonis liber.*

4. Succedunt itaq; primo loco liberi, qui nimirum natiuitate sunt legitimi, & in suo ordine gradu proximi *Nov. 118. c. 1. ver. sic tam men tam foemina quam mares l. 4. v. sancimus C. d. lib. prater. vel exhered. Auth. in successionem C. d. suis & legit. liber. Nov. 118. c. 4.* tam posthumi quam vivis parentibus nati *arg §. 1. Instit. d. exhered. liber.* tam emancipati, quam in potestate patria constituti *Auth. in successionem C. d. suis & legit. liber. l. 17. C. d. Collat. Nov. 118. c. 1. §. 4.*

5. Si concurrant liberi primi & ulterioris gradus, illi qui sunt primi gradus, quia proprio jure succedunt, viriles capiunt *§. 6. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.* Qui vero ulterioris gradus sunt, quia non jure proprio, sed jure representationis ex parentum persona

A 2

veniunt,

veniunt, tantam portionem accipiunt, quantam parentes eorum si viverent essent accepturi *l. 3. C. d. suis & legit. liber. Gothof. ad h. l. Nov. 18. c. 4. Nov. 118. c. 1.* illa in capita, hæc in stirpes dicitur fieri *Nov. 118. c. 1.*

6. Si concurrant duorum fratrum liberi soli, hi avo suo succedunt, jure representationis ex parentum persona in stirpes *§. f. Instit. d. hered. quæ ab intest. def. l. 2. C. d. suis & legit. liberis. Goth. ad d. l. Cajus lib. 2. t. 8. §. 2. v. item si quis Nov. 118. c. 1. in m. Justus Mejer. in colleg. suo thes. 19. n. 27. t. Si tab. nul. extab. Hndeliberi.*

7. Jus vero representationis quoad descendentes extendit se in infinitum. *Nov. 118. c. 1. §. f. Instit. d. hered. quæ ab intest. def.* quoad ascendentes non habetur *Schn. 3. ord. succ. n. 13. h. t.* quo ad collaterales usq; ad fratrum vel sororum liberos tantum. *Nov. 118. c. 3. v. hujusmodi v.*

8. Ex diversis matrimoniis procreati liberi, communi parenti communiter, proprio vero parenti seorsim singuli succedunt, ita tamen ut una quæq; soboles donationem propter nuptias vel dotem sui parentis præcipuam habeat, *l. 4. ff. ad SC. Tertyl. l. 3. §. 9. C. d. secundis nupt. Nov. 22. c. 29. Treut. part. 2. diff. 16. th. 1. lit. h.*

9. Quanquam jure civili liberi utriusq; sexus succedant in allodialibus *N. 118. c. 1.* jure tamen feudali regulariter masculos tantum, non etiam foeminas succedere indubitatum est *c. 1. §. hoc autem notandum d. his qui feuda dare poss. §. f. d. succes. Feudi c. 1. §. Si duo in f. d. feudo March. vel ducat* quia foemina ab omnibus officiis civilibus remotæ *l. 2. ff. d. R. l. nec militaria munera sive servitia ob quæ feuda concedi solent 2. Feud. 24. §. 2. obire possunt Vult. lib. 1. F. c. 4. n. 3. §. 9. n. 26. wes. c. 6. n. 14. & 22.*

10. Naturalibus & legitimis accensentur & legitimati per subsequens matrimonium, qui & soli, & cum cæteris, tam patri quam omnibus cognatis succedunt *§. f. Instit. d. nupt. l. 5. 10. C. d. Natur. lib. Nov. 12. c. 4. Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 8.* An vero legitimati per subsequens matrimonium, ut in allodiis ita & in feudis æquè ac legitime nati succedant? Negat id, *in §. naturales*

2. F. 26.

2. F. 26. Vult. lib. 1. F. c. 9. n. 94. Secundum tamen commu-
nium Doctorum sententiam succedere affirmat. Amplissimus & Con-
sultissimus D. Lindemannus in sua Instir. diff. 5. th. 15. in etiam opi-
nione sunt Gail. 2. observ. 141. Wesemb in tr. F. c. 6. n. 9. Vasquius
par. 2. lib. 3. cap. 42. n. 9. Et sic in camera observari attestatur
Mynsing. 5. observ. 42.

11. Per rescriptum principis legitimati; ita demum succe-
dunt, si non sint alii liberi legitimi Nov. 74. s. 2. Nov. 89. c. 9. Cum
aliis tamen succedere testatur Mynsing. 5. observ. 42. n. 6. Gail. 2.
observ. 140. n. 4. observ. 142. n. 8. Si adjecta sit clausula derogatoria,
non obstante, quod liberi naturales & legitimi extent. In feudis
non admittuntur nec succedunt, nisi nominatim & specialiter
princeps eos ad feuda legitimet. Gail. 2. observ. 149. n. 7. ob. 142.
n. 12. Mynsing. 5. obs. 42. n. 6. wesemb. tr. feud. c. 6. n. 12.

12. Legitimati per oblationem curiæ, patri tantum non alii
succedunt l. 9. C. d. natur. lib. Nov. 89. c. 3. 4.

13. Adoptivi liberi adoptione durante, ad successionem paren-
tis adoptivi ab intestato veniunt. §. 2. Inst. d. Adop. §. 14. Inst. d.
hered. quæ ab intest. l. 10. §. 1. C. d. Adop. exclusis ascendentibus ipsius
adoptantis l. 10. §. 1. C. d. Adop. Sohn. 1. ord. succ. d. succ. filio. adopt.
n. 4. neq; tantum jus succedendi ab intestato habent, si soli sint ad-
optivi, sed etiam si concurrant, cum naturalibus & legitimis liberis,
virilem portionem consequuntur. l. 5. C. d. suæ & legit. liber.
Iustus Mejer. in colleg. suo lib. 38. t. 6. th. 20. n. 1. In feudis non suc-
cedunt. §. adoptivus. Si de feudo defuncti controv. sit wesemb. tr.
F. c. 6. n. 13. Vult. 1. F. c. 9. n. 90. Nisi aliter in investitura cau-
tum sit, vel ferat regio vel consuetudo loci wesemb. Vult. dd. locis.

14. Liberi arrogati patribus arrogantibus, sicut filii natu-
rales & legitimi, non solum in illis bonis quæ transtulerunt
ad arrogantes, sed & in omnibus aliis bonis arrogantium suc-
cedunt l. penult. §. f. C. d. Adop. Sohn. in 1. ord. succ. d. succ.
filior. adopt. n. 14. Et non solum ab intestato, sed & ex
testamento; ita ut si decedentes patres filios exheredaverint,

vel vivos sine justa causa emancipaverint; teneantur filiis relinquere quartam bonorum suorum partem, præter ea quæ ad patres arrogantes transtulerunt §. 3. *Inst. d. Adopr. l. 2. C. cod.*

15. Emancipati patri adoptivo non succedunt. *l. 10. §. 2. C. d. Adopr.* nisi ab ascendente facta fuerit adoptio, & emancipatio fiat parente naturali mortuo *l. 10. in pr. v. si vero §. 2. C. d. Adop.* A patre verò naturali emancipati jure civili vetere non admittuntur. *Frag. 12 tab. 1. 20. d. Hered. §. 9. Instit. d. hered. quæ ab intest.* ex jure vero Prætorum vocantur. *l. 1. §. 9. l. 2. ff. Si tabul. testam. nullæ exzabunt Unde liberi. Wesenb. h. r. n. 5.* ut et jure novissimo. *Nov. 118. c. 1. §. 4.*

16. Naturales ex concubina si extant, quæ sola fuerit parenti indubitato affectu conjuncta, ac desit soboles legitima, nec superfit conjunx, parenti in duas paternæ substantiæ uncias; ita ut matri inter eos virilis portio sit, succedunt, *auth. licet. C. d. natur. liber. Nov. 89. c. 12. §. 4. Novel. 18. c. 5.* Ad nepotes vero hoc non extenditur. *J. f. C. d. r. v. Jura etenim.* si vero adsit soboles civilis sive legitima, naturales planè arcentur & excluduntur à paternâ hereditate; ali tamen debent pro arbitrio boni viri *d. Auth.*

17. Spuriï seu volgò quæsiiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem. *l. 1. §. 2. ff. ad SC. Tertul. l. 2. ver. itaq; ff. undecognati. §. 3. Inst. ad SC. Orph.* nisi sit persona illustis, quæ alios filios habeat, tunc enim excluduntur *l. 5. C. ad SC. Orph.* Patri verò non succedunt: siquidem is est incertus §. *pen. Instit. d. nuptis l. 4. ff. unde cognati* nec patrem habere intelliguntur spuriï. *d. §.*

18. Incestuosi seu adulterini liberi, qui ex complexu nefario aut incesto; seu damnato coitu procreantur; nec naturales sunt nominandi, arcentur à successione parentum; *auth. ex complexu C. d. incest. §. inur. nupt.* imò nec alendi sunt *d. Auth. ex complexu Nov. 89. c. f.* de æquitate tamen canonica alendi sunt. *c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium Wes. in par. n. 4. in f. ad. SC. Tertul.*

19. Absoluto primo ordine succedendi, qui est liberorum, commodè subjicitur secundus ordo, qui est parentum seu ascendentium,

dentium. *Novel. 118. c. 2.* qui tunc succedunt, quando descendentes non extant *d. Nov.* Et quoniam correlatorum eadem est natura sequitur quod etiam tot sint species parentum, quot liberorum. *Schn. 2. ord. Succed. n. 6. Iustus Meier 1. unde legitimi th. 5.*

20. Vocantur itaq; in secundo ordine parentes naturales & legitimi, si soli sunt, & si fratres vel sorores eorumq; liberi defuncti non extent, præponuntur cognatis à latere venientibus pater & mater *Nov. 118. c. 2. in pr.* Si autem plurimi ascendentium vivunt, diversi gradus, hi præponuntur qui proximi gradu repertiuntur, sive masculi sive foeminae, sive paterni sive materni sint *d. c. 2. v. si a plurimi.* Si vero eundem vel parem habent gradum, ex æquo inter eos hereditas dividatur, ut omnes à patre ascendentes mediam, omnes vero ascendentes à matre alteram dimidiam accipiant. *Auth. defuncto C. ad Sc. Tertyl. d. c. 2. v. Si autem eundem.* Ideoq; unus ex paterna vel materna linea tantum capiet, quantum duo vel plures ex altera linea, semissem videlicet, *Iustus Meier 1. unde legitimi th. 6.* Nulla habita differentia paternorum vel maternorum bonorum. *Nov. 118. c. 2. Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. Lindemannus Exercit. Inst. 5. th. 29.* Et sic in Camera observari testatur *Mynſing. 6. obser. 55.*

21. Licet pater succedat filio in bonis allodialibus, in feudis tamen neq; pater neq; alii ascendentes descendentes succedunt *2. F. 50.* nisi aliud investiturâ sit expressum, vel pacto vel statuto *d. c. 50. 2. F. 84.* cum etiam quilibet extraneus ex pacto in feudo succedere possit *2. F. 48. Schn. 2. ord. succed. n. 18.* Uno tamen casu ad patrem feudum reverti, jure successionis, ob naturalem æquitatem, cum videlicet pater in gratiam liberorum feudum illis concedit, illique absq; heredibus masculis moriuntur, *Dd. putant, quos refert Wesenb. tr. F. c. 6. n. 8. Vult. 1. F. c. 9. n. 101. Mynſing. 3. obser. 93.*

22. Si cum ascendentibus inveniuntur fratres & sorores ex utrisq; parentibus defuncto conjuncti: vocantur hi cum proximis gradu ascendentibus: ita ut dividatur inter eos hereditas secundum numerum personarum; uti & ascendentium & fratrum singuli æqualem habeant portionem: nulla habita differentia inter personas has sive foeminae sive masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur, & sive per masculi, sive per foeminae personam copulantur, & sive
sue

suæ potestatis, siue sub potestate fuerit is cui succeditur. *Nov. 118. c. 2. v. si v. cum. auth. defuncto C. ad. SC. Terryll.*

23. Cum fratribus & parentibus defuncti, vocantur etiam fratrum prædefunctorum filii, hi in stirpes illi in capita *Nov. 127. c. 1. Vvesenb. in parat. de grad. n. 15.* Quid vero dicendum, si ascendentes extent, & præmortui fratris liberi, non vero extent simul fratres & sorores, defuncto ex utroq; parente conjuncti aut conjunctæ? An fratris liberi hoc casu vocentur? Negandum videtur, quia in *Nov. 127.* concessum est in eo casu, quando cum parentibus defuncti veniunt fratres vel sorores, ut in eo casu prædefuncti fratris filii veniant ad patruum hereditatem, cum fratribus & parentibus defuncti *Trent. par. 2 d. 16. th. 4. l. h. Mart. Steph. Oecon. Iuris Civ. lib. 3. c. 31. n. 20. Iustus Meier in Collegio suo th. 8. r. unde legitimi:* Sunt tamen qui nihil-ominus admittunt fratrum liberos cum ascendentes in stirpes *Schn. in 2. ord. suc. n. 29. arg. rubr. Nov. 127. c. 1.*

24. Et hæc quidem in parentibus naturalibus & legitimis obtinent, in reliquis vero ex natura correlatorum, ut liberi parentibus, sic parentes liberis succedunt. Sic patres offerentes curiis filios illis succedunt, non alii ascendentes *N. 89. c. 4. C. 5.* Sic parentes adoptivi siue legitimi succedunt liberis adoptivis. *Schn. in 2. ord. succed. n. 37.* quod tamen in extraneo non procedit, sed in avo paterno vel materno *Schn. in 2. ord. succed. n. 38.* Sic pater arrogans filio arrogato decedenti sine liberis succedit *§. nunc a. 2. v. mortuo in f. Inst. d. Acquisit. per arrog. l. 10. §. f. C. d. Adopt.* Si pubes decedat, secus si impubes *§. 3. Inst. d. Adopt.* Sic pater naturalis succedit filio naturali, non habenti filios naturales & legitimos in duabus unciis *N. 89. c. 13. Auth. licet C. d. Natur. liber.* Si habeat liberos naturales & legitimos, filius naturalis, parens alii debet, si necessitas postulet *Schn. in 2. ord. succed. n. 43.* Sic Spurio mater succedit *§. f. Inst. ad. SC Terryll. l. 4. ff. unde cognati.* Parentes vero incestuosi filiis incestuosis non succedunt *auth. ex complexu C. d. incest. nupt. auth. licet. C. d. natur. liber in f.*

25. Cessante successione lineæ descendens, & ascendens tertio loco vocantur collaterales ab intestato, secundum gradus prærogativam, *auth. cessante C. d. legit hered.* Vocantur autem primo

primo fratres & sorores utriusque defuncto conjuncti *auth. itaq; C. com-
mu. d. succes. d. auth. cessante.* Cumque his fratrum & sororum præ-
defunctorum liberi, illi in capita, hi vero jure representationis in
stirpes *Nov. 118. c. 3. auth. cessante. C. de legit. hered.* Si vero fratres vel
sorores non extent; extent vero fratrum vel sororum prædefuncta-
rum filii, hi succedunt patruo in capita. *Vlp. in Inst. t. 26. §. 4. l. 2.
§. 2. ff. d. suis & legit. hered. Nov. 118. c. 3. v. sed & ipsis. Mynsing 3 obs.
94. Treut. disp. 16. par. 2. th. 5. lit. b. Fashin. lib. 6. cont. 3. Schn. 3. ord.
suc. n. 29. Vaudus lib. 1. quæst. 24. Bronch. cent. 3. as. 69. Clariss & Consul-
tiss D. Lindemannus Inst. exerc. 5. th. 37. Carolus 5. in Comitibus Spirens.
1529.*

26. Fratribus vel sororibus eorumque liberis utriusque conjunctis
non extantibus, vocantur fratres conjuncti ex uno latere, eorumque
liberi *auth. Post. fratres. C. d. legit. her. Gorb. ad h. Aut. Nov. 118. c. 3.*
Et si soli sunt fratrum vel sororum filii ex uno latere, dicendum
quod defuncto in capita, non in stirpes succedant *d. Auth. post fra-
tres Nov. 118. c. 3.* An vero consanguinei in bonis paternis, uterini
in bonis maternis, in aliunde quæsitis æqualiter succedant? an vero
in cunctis bonis nulla habitâ differentia æqualiter succedant? An-
ceps & difficilis est quæstio. *Treut. disp. 16. p. 2. th. 5. lit. 6. Schn. 3.
ord. succ. n. 21. ut & alii primam amplectuntur. Posteriores cum
Amplissimo & Clarissimo Dn. Lindemanno d. 5. th. 39. & Fashin. 69
lib. 6. contr. con. 5. verioremputo Nov. 118. c. 3. ver. hu 4.*

27. Adoptivi fratribus adoptivis non succedunt, nec illis succe-
ditur. *l. 10. §. 1. ver & ideo C. d. Adop. nisi ab ascendente adoptati
fuerint, in cujus potestatem transeant. §. 14. in f. Instir. h. t. §. 2. Instir.
d. legit. adg. succes. Schn. h. n. 41. quod & in arrogatis procedit.
l. pen. C. d. Adop. Schn. h. n. 41.*

28. Naturales ex concubina & vulgò quæsitæ, ex patre se con-
tingentes sibi invicem non succedunt. *l. 4. ff. Unde cognati Gail. 2.
obsery. 88. n. 26.* Ex matre vero se contingentes perinde ac legitimi
inter se succedunt, non attenda vinculi duplicitate. *l. 2. l. 4. ff. Unde
cognati. Treut. disp. 16. par. 2. th. 5. l. e.* Fratres incestuosi, ex dam-
nato coitu nati sibi invicem succedunt. *arg. l. 4. ff. Unde cognati
l. 2. ff. eod. junct. l. 6. ff. desur.*


29. Post


29. Post fratres fratrumque filios, omnes deinceps à latere vocantur secundum gradus prarogativam in capita, ut viciniore gradus reliquis prarponentur, pares gradu pariter admittantur. Nov. 118. c. 3. §. Si vero. & quidem in infinitum. arg. l. 2. §. 1. ff. d. suis & legit. hered. Nov. 118. c. 3. v. si v. auth. post fratres C. d. legit. hered. l. 1. C. Unde Vir & Uxor. Treut. th. 5. lit. h. d. 16.


30. Quarto non existentibus consanguineis defuncti, Prator vocavit conjuges ad successionem defuncti, per bonorum possessionem, quam appellavit unde vir & uxor. l. uni ff. & C. Unde vir & uxor. Ex jure vero Auth. si conjunx superstes sit inops, pramoriens autem dives, & matrimonium sit sine dote vel modica Sch. h. n. 17. d. succes. coni. tunc succedit conjunx superstes, cum consanguineis mariti. Auth. Præterea C. Unde vir & uxor. N. 53. c. 6. N. 117. c. 5. Inprimis inspiciendum an pacta intervenierint Sch. n. 1. d. suc. conjun. Guil. lib. 2. observ. 126. n. 3. Mynsing. 2. obser. 33. n. 6. & seqq. vel quid statuta loci & consuetudines ferant Sch. d. lo. n. 2. Guil. lib. 2. observ. 124. n. 1. & seq. Sic in Camera observari affirmat.


31. Ultimo loco, non existentibus consanguineis, nec conjugibus, nec collegiis quibus specialiter successio concessa l. 1. 2. 3. & seq. C. d. hered. decur. nec aliis, de quibus in l. 20. C. d. Episcop. & Cler. l. uni. C. Si liberalit. imper. socius. Cujac. in par. ad r. C. d. hered. decur. defuncto succedit filius l. 1. l. 4. C. d. bonis vacanti Sch. d. succ. Fisci n. 14. & seqq.











the scale towards document

res utring; defuncto conjuncti *auth. itaq; C. com-
essante.* Cumq; his fratrum & sororum præ-
illi in capita, hi vero jure representationis in
th. cessante. C. de legit. hered. Si vero fratres vel
extent vero fratrum vel sororum prædefuncta-
nt patruo in capita. *Vlp. in Inst. t. 26. §. 4. l. 2.
hered. Nov. 118. c. 3. 7. sed & ipsis. Mynsing 3 obs.
2. th. 5. lit. b. Fashin. lib. 6. cont. 3. Schn. 3. ord.
1. quest. 24. Bronch. cent. 3. as. 69. Claris & Consul-
Inst. exerc. 5. th. 37. Carolus 5. in Comitijis Spirens.*

el sororibus eorumq; liberis utring; conjunctis
antur fratres conjuncti ex uno latere, eorumq;
*arres. C. d. legit. her. Gorb. ad h. Aut. Nov. 118. c. 3.
um vel sororum filii ex uno latere, dicendum
capita, non in stirpes succedant d. Auth. post fra-
i vero consanguinei in bonis paternis, uterini
in aliunde quaesitis æqualiter succedant? an vero
la habitâ differentia æqualiter succedant? An-
quaestio. *Trent. disp. 16. p. 2. th. 5. lit. 5. Schn. 3.
c alii primam amplectuntur. Posteriores cum
rissimo Dn. Lindemanno d. 5. th. 39. & Fachineo
eriores puro Nov. 118. c. 3. ver. hu 4.**

ratribus adoptivis non succedunt, nec illis succe-
*& ideo C. d. Adop. nisi ab ascendente adoptati
testatem transeant. §. 14. in f. Instit. h. t. §. 2. Instit.
Schn. h. n. 41. quod & in arrogatis procedit.
hn. h. n. 41.*

s ex concubina & volgò quaesiti, ex patre se con-
tem non succedunt. *l. 4. ff. Unde cognati Gail. 2.
x matre vero se contingentes perinde ac legitimi
non attenda vinculi duplicitate. l. 2. l. 4. ff. Unde
16. par. 2. th. 5. l. e.* Fratres incestuosi, ex dam-
i invicem succedunt. *arg. l. 4. ff. Unde cognati
6. ff. decur.*

29. Post